Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26074
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Vide quomodo irasceris si quis de te male loquatur quomodo irasceris
alteri quando de te male loquitur sic irascere tibi quan
do de altero male loqueris. Labia tua ne loquantur dolum.
Quod est intus in corde tuo hoc dicatur foris non aliud pec
tus tegat quam aliud lingua proferat. Declina a malo quam fac bo
num. Nam quomodo dicturus sum ei uesti nudum qui ad huc
uult spoliare uestitum [illegible] quo
modo habeas suscipere peregrinum [illegible]
Ergo per ordinem prius declina a malo quam fac bonum prius
accinge lumbos quam tunc accende lucernam quam cum feceris se
curus expecta uitam quam dies bonos quere pacem quam sequere eam
quam tunc bona fronte dicis domino feci quod iussisti redde quod
promisisti. De nathanael ubi ait cum esses sub ficu

.xl. Quod dictum audiuimus a domino [illegible] ihesu xpo uidi te. 7 cetera
nathanaheli si bene intelligamus non ad ipsum pertinet
solum. Ipse quippe dominus ihesus sub ficu uidit omne genus
humanum. Isto enim loco intelligitur per arborem fici sig
nificasse peccatum. Non ubique hoc significat sed hoc loco
ut dixi ea scilicet significandi congruentia qua nostis
primum hominem quando peccauit foliis ficulneis fu
isse subtectum. His foliis enim pudenda texerunt quando
de peccato suo erubuerunt quam que deus illis dedit menbra
ipsi sibi pudenda fecerunt. Non enim erubescendum est
de opere dei sed confusionem precessit causa peccati si non
precessisset iniquitas numquam erubescerent nuditas.
Nudi enim erant quam non confundebantur. Non enim commi
serant unde confunderentur. Hoc autem dixi quare
ut per ficum intelligamus significatum esse peccatum. Quid
est ergo cum esses sub ficu uidi te. Cum esses sub peccato uidi te;